Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

eo. hec loquor in mundo. Et non cognoue-
runt quia pater eis dicebat dm. Dixit ergo eis ihc.
Cum exaltaueritis filiũ hominis. tunc cognos-
ceris quia ego sum. & a me ipso facio nichil.
sed sicut docuit me pater hec loquor. Et qui
me misit. mecum est. Non reliquit me solum.
quia ego que placita sunt ei facio semper.
In diebus illis. Factus est ꝟ. ii. l. l. Regũ.
est sermo dni ad helyam thesbiten dicens. Sur-
ge & uade in sarepta sydonis. & manebis
ibi. Preceptum enim muliери uidue ut pascat te.
Surrexit & abiit sarepta. Cumque uenisset ad
portã ciuitatis. apparuit ei mulier uidua
colligens ligna. Et uocauit eã. dixitque ei. Da
mihi paululum aque in uase ut bibã. Cũque
illa pgeret ut afferret. clamauit post tergũ
eius dicens. Affer mihi obsecro & buccellam
panis in manu tua. Que respondit. Viuit dns
ds tuus quia non habeo panem nisi quantum
pugillus capere potest pharine in hydria. &
paululum olei in lecito. En colligo duo ligna